

U.M.
RUM
E
ÉINZIA
UM

ITATIARUM & ITALICARUM
EVANGELICARUM

Disquisitio Vicesima Nona.

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Gymnasii Hallensis

Rectore

Respondente

JOACHIMO HOLTORFFIO.

Soltq. Marchico.

Dominica Exaudi.

A. O. R. cl. Ic. III.

HALLIS SAXONUM

Prelo Hæredum Melchioris Oel-
schlegely

1650

1650

1650

VESTRÆ HUMANITATI,
VIRI

Amplissime, Integerrime, prudentiâ multijugumq; rerum usu Excellentissime

DN. CASPAR NÆVI

Arch-Episc. Magd. Ærarii Præfecte aulice
Dignissime, Hospes Benignissime, Honora-
tissime, Promotor Fautoriq; suspici-
ende, colende.

Reverende admodum, Clarissime pietatis &
eruditio[n]is laude insigniter conde-
corate

DN. BERNHARDE GYSÆE,

Templi Divæ Virginis Pastor Soltquellæ Vi-
gilantissime, Præceptor quondam Fidelis-
sime, Meritissime, Affinis plutimum
amande, honorande.

uti &

Prudentia Spectatissime, Etate Gravissime,
vitæq; Integerrime

DN. AUGUSTINE HÖLZDORFF

Reip. Neo-Soltq. Camerarie Senior Fidis-
sime, Patens Amantissime, etat-
tèm colende.

Hoc tirocinium suum in gratia-
nimi hostimentum ulteriorisq; spei
documentum

lubens merito
consecrat

R E S P O N D E N S .



ANALYSIS
EVANGELII
DOMINICA EXAUDI

Joh. 15. à v. 26. usq; ad v. 5. cap. seq.

ANTELOQUUM.



Ulm Lamecho filius na-
sceretur, ejus nomen vocavit
Noah Gen. 5, 29. subjiciens: iste
consolabitur nos ab opere nostro
& a dolore manuum nostrarum; siquidem se-
cundum radicem Noah est idem quod eonso-
lari. Quo respexit ad verum Noachum, nem-
pe Salvatorem nostrum JESVM CHRI-
STVM, uti interpretatur Epiphanius lib. 1.
Tom. 2. qui est solatum gentium Hagg. 2, 8.
Quomodo autem ostenditur uberior in Evan-
gelio.

Eee

THE-

THEISIS I.

IN quo habetur partim Spiritus etiam sancti testimonium, inde est tum ejus venturi pollicitatio v. 26, in quo circumstantia: Cum autem venerit. Nam Christus exposita premissione, postquam differuerat de insatiabili mundi aduerso Christi Apostolos & fideles odio, ab ejus praesentia consolationem efficacem suppeditat, respicitq; ad solennem illam & visibilem, non quidem Physicam & localem, sed supernaturalem scilicet auctoritatem dispensationem presentiam. Ut ostenderet ad doctrinæ & operum testimonium etiam accessurum testimonium Spiritus sancti, uti & interpretatur Cyrillus lib. 10. in Joh. cap. 33. & August. tract. 92, in Joh.

2. Et res ipsa, quoad subjectum, respectu officii, ab effectu in genere: Paracletus. *Ubi articulus in graco est αὐτοῦ οἰκόπεδον*, qui revocat in memoriam promissionem demissionis Spiritus iam ante ipsis datam Joh. 14, 16. &c. v. 46. uti & Syrus articulum premitit denotaturq; eo ipso vocabulo i. *advocatus*, uti etiam apud Demosth. in Oratione mea μηγερέστειας usurpatur, & Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromaton. c. 3. ita interpretatur.

tatur. Neque enim solum Consolatorem denotat, sed etrogatorem, uti etiam Matt. 8, 5. c. 14, 36. Sic et apud Rabinos. Et proprietate in Syriaca et Arabica versione retinetur. Sic causam nostram agit apud Deum dum interpellat pro nobis Rom. 8, 34. Unde Cytillus inquit Catech. 16. Paracletus vocatur propter ovitulationem, consolationem et auxiliacionem infirmitatis nostrae. Et Gregor. hom. 30. in Evangel. Paracletus est advocatus et consolator, quia pro errore delinquentium apud justitiam Patris intercedit, dum eos, quos repleverit exorantes facit. Consolator autem idem Spiritus vocatur, quia de peccati perpetratione marentibus, dum spem venie preparat, ab afflictione tristitia mentem levat. Semper itaque laetitia in eorum corde versatur, quorum Spiritus Sanctus habitator est, ait Didymus l. 2. de Spiritu Sancto. Ut discamus si Diabolus noster est accusator Apoc. 12, 10. Spiritus Sanctus est noster advocatus et confessor. Unde et dicitur spiritus exhilarans Psalm. 51, 14.

3. In specie, conjunctim, respectu causæ meritoria: Quem ego mittam. Quia ipse merito et satisfaciōne sua pro mundo eum à Patre fidelibus im̄petravit: simulq; in-

760

unit quod & à se procedat ; nam alias non
aque mitteretur in tempore, nisi ab eo, qui est
sine tempore. Et quamvis etiam Spiritus San-
ctus legatur mittere Filium Es. 48,16. Et 61,1.
tamen illud dicitur tantum respectu humana
natura, secundum quam etiam est unitus à Spi-
ritu: non autem mittitur Spiritus Sanctus à Fi-
lio secundum Angelorum aut Prophetarum
aut Apostolorum ministerium, sed uti mitti-
deret a veritate & sapientia veritatis spiritum,
indivisam habentem cum eadem sapientia &
veritate naturam, ait Didymus lib. 2. de Spi-
ritu Sancto. Sed querit Chrysostomus hom.
77. in Joh. cur inquit mittam eum? hoc est,
ad eius acceptationem vos preparate, quomodo
qui ubiq^{ue} est mittitur.

4. Distinctim respectu objecti: Vobis
Id quod factum est partim in Feste Pentecostes
visibiliter, partim etiamnum impletur, sed in-
visibiliter. Ut discamus tamen hominibus
promissam esse Spiritus Sancti gratiam, quem-
admodum etiam illud ipsam sentiunt in vite
afflictionibus Rom. 8,17. in peccati tentationi-
bus Rom. 9,38. in mundi persecutionibus 2.
Tim. 2,12. & in mortis agoniis Joh. 5.24.

5. Respectu principii: à Patre. Is e-
nim per mortem Filii reconciliatus effundit su-
per

per omnes fideles Spiritum Sanctum, qui est
Spiritus gratiae & precum Zach. 12, 10, ut ostendat,
se a Patre habere, ut mittat Spiritum Ioh.
5, 19. quasi dicat, mittam eum vobis virtute di-
uina, quam per aeternam generationem a Pa-
tre accepi. 2. Patrem esse quasi fontem. 3. ad
commendationem testimonii a Spiritu Sancto
perhibendi.

6. Respectu personae, &c quidem in
genere: Spiritum veritatis. Ratione scilicet
evidentia, quia una cum Patre & Filio essenti-
alis veritas, 1. Ioh. 5, 6. Etiam quia Apostolos
dicitur in omnem veritatem Ioh. 16, 13. &
quia Evangelium, per quod Spiritus Sanctus
de Christo testatur, est verbum veritatis Ioh.
17, 17. Et ratione oppositi, quia Diabolus
est pater mendacii Ioh. 8, 44. Et Filius mittit a
Patre Spiritum veritatis, quia misericorditer
sum quippe ipse est veritas, ait Fulgentius
in fragmentis lib. 7. contra Fabianum.

7. In specie, ratione originis: quia
Patre procedit. Quo ostenditur characteris-
tica proprietas, ita tamen ut non excludatur
Filius; nam & ab eo procedit 1. quia a Filio mi-
tetur Spiritus Sanctus. 2. quia dicitur Spiritus
Filii Gal. 4, 6. Spiritus oris Christi 2 Thes. 2, 1.
A Patre vero dicitur, quia est filius & origo

Ecc 3 Trinit.

762

Trinitatis. Cur autem non addidit à Filio, vel à me? querit Anshelmus de processione Spiritus? non est hoc inusitatum, respondet, in dictis Christi, ut cum attribuit aliquid Patri quasi soli, vel sibi, vel Spiritui Sancto, vel in aliis intelligi, quod de uno loquitur. Procedere vero hoc loco non est generale, nec significat temporalem Spiritus Sancti missionem, sed specialem de proprietate: quia 1. Christus manifestò distinguit inter eternam processionem & temporalem missionem 2. quia Christus antequam de testimonio ejus loquitur, etiam personam ejus describere voluit; quia 3. ἡμέρως vocabulum etiam alibi ad Spiritus Sancti eternam processionem adhibetur Dan. 7,10. & quia 4. quando de temporali Spiritus Sancti missione agitur, verbum ἐξεδρᾷ aut πέπερσται patiens usurpatur. 5. in Præsenti dicitur, non in Futuro, ut & patres interpretantur, Justinus in expositione Fidei, August. lib. 5, de Trinitate c. 14. Damascenus lib. 1. Orthodoxæ fidei c. 8.: Non ergo dixit, qui à Patre creatus est, sed à Patre procedit, id est, de paterna societate potentiae, & de proprietate naturæ. Et ex ipso sermone cum dicatur à Patre procedere, ostendit cum patre initium non habere. Quid est autem quod ex Deo & Patre
nasce

nasci Filius dicitur & Spiritus Sanctus procedere significatur? si requiras quid inter nascendum & procedentem distet, evidenter hoc inter est, quod iste ex uno nascitur, ille ex utroq; progreditur. Quia ergo Spiritus Sanctus a Patre procedit, tria in eo Deitatis privilegia ostendit, id est ut in persona sua subsistere, & sine ullo temporis spatio permanere, & omnino ex substantia Patris probetur existere. Esse enim & procedere unius sempiternitatis est expressio, habet Paschalias lib. i. de Spiritu Sancto.

8. Prædicatum absolute: Ille testimonium perhibebit. Ubi ἔχειν & non respicit proximum πνεῦμα quoad literam, sed quoad sensum ad exprimendam Spiritus Sancti personalitatem, & uocem προφήτης. Testimonium autem dicit non solum mediate per Apostolorum predicationem, sed etiam immediate per visibilem sui super Apostolos effusionem, per efficacem Apostolorum immutationem, per miraculorum in Apostolis operationem per impiorum condemnationem. Magna in uobis & per vos miracula facient divina meæ potestatis atq; virtutis testis erit gravissimus ait Cyril. l. 10. c. 33.

9. Respectivè: De me. Nam Spiritus Sanctus Christi in Prophetis prænunciavit adventum, passionem & gloriam I. Petr. I, II. Christum misit & unxit Esai. 48,16. Christus in Spiritu Dei Daemonia ejecit Matt. 12, 28. Iste ergo Spiritus Sanctus qui de Patre egreditur testificabitur, inquit Dominus, de me, testimonium simile ferens ei Parris testimonio, habet Didymus lib. 2. de Spiritu Sancto.

10. Est & Apostolorum contestatio v. 27. in quo asseveratio: Et vos verò testamini. Nempe me ipsum esse verum Deum & hominem, promissum mundi Salvatorem unicum. Vbi verbum non in Imperativo sumitur, sed in Indic. quasi dicat non solum Spiritus Sanctus de me testimonium perhibebit per visibilem effusionem, sed etiam vos, quos peculiariter elegi in Apostolos & testes, ut innuat Spiritum Sanctum de Christo testificaturum per Apostolos 2. Petr. 1, 21. Act. 2, 4. Ut discamus restandum esse de Christo iis, qui velint esse Spiritus Sancti organa. Sic Iohannes testator de Christo Joh. 1, 15. sic Paulus Act. 20, 24. Sic Petrus I. Petr. 5, 1. sic omnes Apostoli Act. 10, 42. ille inspirando, vos sanando August. tract. 92. in Iohann.

11. Et

11. Et ratio: Quia ab initio mecum estis. Ica ab ipsorum notitia commendat testimoniū, q̄a statim ab initio ministerii aūg²⁸⁵⁴, auctoritateq̄ uideāta fuerunt Lue. 1, 2, et ad glorie 2. Petr. 1, 6. Atq; sic Christus non unum, sed plurimum testimonia habuit: testificatus enim est Christus de se ipso Ioh. 8, 14. testificati sunt Propheta Act. 3, 24. Angeli Lue. 2, 11. pastores Lue. 2, 18. Magi Matth. 2, 2. Pater cœlestis Matth. 3, 17. turba Ioh. 2, 17. Hebr. 12, 1. nubem vocat testimoniū. Ut inde colligatur Christi dignitas. Evangelii sublimitas, & utilitas. Non autem solis verbis debemus testari, sed etiam operibus moneret Maximus in Feste Martyrum, quotiescumq; bonis actibus mandatum Christi facimus toties Christo testimonium perhibemus. Alias quid prodet verbis de Christo testificari, atq; interius via & moribus ipsum abnegare?

12. Partitio Sanctorum Martyrum, de quibus in genere, est determinatio v. i. ubi materia: Hæc. Quæ vox non ad predictionem tantum Christi refertur Matth. 26, 31. de scandalo, (siquidem Christus hæc dixit ad Apostolos in ipso ad momenm Oliveti egressu, illa vero in cœnaculo, neq; de Spiritu Sancti adversu testimonio per Apostolos de Christo ex-

bibit.

766

hibendo) sed ad proximè præcedentem prædi-
ctionem de odiis ac persecutionibus à mundo
Apostolis sustinendis; consequenter etiam ad
præmissionem de Spiritus Sancti adventu, uti
interpretatur Cyrilus in Joh. c. 34. l. 10. dum
inquit: ad ea orationem convertit, quæ animos
corum poterant roborare: nam quod non expe-
ctatum præter opinionem subito irruit, magnos
etiam plerumq; animos turbat: quod autem
prævidimus, quamvis gravius inferatur, levig-
tamen propter præmeditationem videatur.

13. Forma seu causa, tum efficiens:
Locutus sum vobis. Ita enim fidelis ut præ-
moneat. Et quamvis vocula ὡμῶν in quibus-
dam editionibus desit, in quibusdam tamen,
ut in Syro, additur, non sine emphasi. nempe
locutus sum vobis dilectis meis discipulis, qui
me cum fecisti Joh. 15, 27. & permansisti Luc.
22, 28. quibus hactenus nihil defuit, uti ha-
betur Luc. 22, 34. quos sincerè diligo,
quos scio suavia favere somnia de regno ter-
reno.

14. Causa finalis: Ne quid offendami-
ni. Dum odia & persecutions, prædixit.
Est autem οὐαδαλον lignum incurvum, quo
discipula sustinetur, alias dictū οὐαδάλη πορ-

ne

ut monet Hesychius & Pollux. Metapboricè verò significat offendisulum, uti etiam Judith. 5, 1. redditur, ad quod quis in via impingit Lev. 19, 14. propterea conjungitur cum proscismaticate Rom. 14, 33. 1. Petr. 2, 7. Voluitq; monere, ne si scandala interveniant, offendantur. Et quamvis Matth. 26, 31. dicatur omnes vos scandalum patieniti; illud tamen non intelligendum est de fine & scopo; sed de eventu. Finis & scopus Christi erat hac prædictione armare contra scandala, ne conciderent: at uti testantur Matthæus & Marcus, prævidit, exhortationi non semper ab ipsis datum iri locum, sed in ipsa nocte proximè sequente gravissimè lapsuros. Ideoq; prædixit, ne in non expectata incidentes turbarentur, ac ne non futura prævidisse videretur, habet Chrysostomus hom. 76. in Joh. Ut discamus nos debere paratos esse non tantum adversus eos quæ videmus, sed & adversus ea, quæ non videimus uti monet Ambrosius.

15. In specie est malorum enumeratio v. 2. in quo per distributionem, id quod minus est, est excommunicatio: Alienos à synagogis facient vos. Hoc est ex causa vestro efficient: siquidem præter templum Hierosolymis etiam in singulis civitatibus populioribus erant synagogæ hoc est, schola, in quibus nō

768

ses & Prophetarum scripta singulis sabbatis
praegebantur secundum sidras & haptharias
Matth. 13, 14. & c. 4, 23. Sidrae erant ex lege
Mosis 52. hapthariz totidem ex Prophetis ad
quas etiam honoris causa interdum peregrini
dono interpretandi instructi invocabantur
Act. 13, 15. disputationes de religionis capitibus
instituebantur Act. 19, 8. c. 24, 12. Quales
Synagoga Hierosolymis ante tempus excidii
numerarunt Talmudista 431. Ita ergo si quis
contra legem docere vel agere fuit judicatus i.
verbis eos monuerunt, postea desistere nolentes
flagellarunt, uti habetur Matth. 10, 17. Marc.
13, 9. quod si plagi non patarentur se dimoveri,
fiebant διανυγόντες hoc est nomine publicè
recitato excludebantur à publicis conuentibus
Ecclesiasticis & ejiciebantur Luc. 6, 22. pro ethi-
cicis & publicanis habebantur Matth. 18, 17.
nō quod maximi probri loco ducebatur Act.
9, 22. Omnes specie, quarum habent tres fu-
dei, Nidum, Cibem & Schammata intelli-
guntur. Ut discamus non omnem excommu-
nicationē esse falsam, cum debeat esse medici-
nalis, non lethalis, & maledictio benedictionem
imitetur, ipsorumq; hostium verticem conte-
nas Prog. 26, 2. I. Petr. 4, 14.

16. Tum

16. Tum est maius, ut erucidatio, ubi
circumstantia: sed veniet hora: Id est tempus
per synecdotem quasi boni aliquid predicere
post ista mala, uoi August. opinatur tract. 93.
in Johau. sed noctius Cyril. in Joh. l. 10. c. 35.
Se. Theophylactus conjunctionem accipiunt
tanquam signum augmonei, uoi usurparur
Matth. 5. 39. Et c. 8, 9. Rom. 9. 6. 2. Cor. 7. 11.
pro quimmo, quem perire. Et uirumq; genus
mortis significatur, tum quando quis in repen-
tino hominem privatorum tumultu ad mor-
tem rapitur Matth. 21. 35. Att. 23. 14. tum
quando quis sub specie iudicii interficietur
Matth. 14. 5. Idque fecerunt non solum Iu-
dae, sed vel maximè etiam gentiles, quia Iudei
non habebant amplius potestatem interficiendi
nisi in tumultu de facto Act. 7. 57. c. 23. 14.
excommunicatio qdem fiebat per Ecclesiasti-
cam potestatem, sed occiso per politicam et
cum e dicatur in subsequentibus quisquis,
Quemadmodum etiam persecutio decem.
Romanorum docuerunt sub Neroni, sub Domit-
tiano, sub Trajano, sub Antonino, sub Severo,
sub Maximino sub Decio, sub Valeriano, sub
Aureliano, et sub Diocletiano. Ita purpurata
est universa terra sanguine martyrum, insigni-
ta sunt tempora natalibus martyrum. Multo
quippe

770

quippe citius olim gloria[m] martyria que-
rebantur, quam hodie Episcopatus pravis am-
bitionibus appetuntur, ait August. in Ps. 118.
*Vt discamus non fore seculum aureum propter
Christi indicium. Matth. 15, 11. Act. 14, 22.*
Ideoq[ue] nemo sibi promittat quod Evangelium
non promittit. *Evangelium nihil promittit nisi
crucem. Ergo preparemus nos ad crucem; simul
ut discamus, Christianorum esse non occidere
sed occidi, non perire, sed perire, non fugere,
sed fugari.*

17. Et res ipsa, quoad efficientem:
*Quisquis interficiet vos; Prout modo decla-
ratum sive fraudulenter, sive violenter, si vel Iu-
dæus sive gentilis fuerit.*

18. Et causa impulsiva, ex accidente
opinione prava: Videntur cultum præstare
Deo. *Dum habebunt vos tanquam homines
deterrimos, blasphemos in Deum, indignos, quos
sol aspiciat aut terra ferat, dum vos haeretiquam
1. Cor. 4, 13. persecutores sibi præfuerint sunt.
se gratum Deo exhibere obsequium & efferre
sacrificium: hoc est enim negotium regnum Matth.
5, 23. quemadmodum etiam Exod. 32, 29 - per
Chaldaeos, ubi Idololatriæ occisi, ita explicatur,
uti & Syrus ita interpretatur: nam Christianum
hominem omnium scelerum reatum & totu[m]*

10

sis naturae inimicum existimarentur, habet Tertull. in Apolog. c. 2. Et additur opinatos suis-
se, ut discatur sors Christianorum: & in eo er-
ror est orbis, ut bonos & justos viros tanquam
impios persequatur, excruciet, damnet, fuget
accidat, ait Lactant. l. 5. Instit. c. 12. simulq;
observetur bonam intentionem non semper
placere Deo, dum in eo plerumq; error est, l.
Sam. 13, 15. Matth. 23, 29.

19. Et ratio, respectu persecutorum,
estque Dei ignoratio v. 3. in quo declaratio:
Et hæc facient vobis. Hoc est odio vos habe-
bunt & persequentur, excommunicabunt &
interficient. Vbi in quibusdam exemplaribus
Opus omittitur, tamen Ioh. 15, 21. tanquam in
loco parallelo adjungitur, sicut & mox cum
Dac. bonum denotat, ut Matth. 7, 12. Marc.
10, 36.

20. Ratio ab ignorantia petita: Quia
non noverunt. Neq; ratione essentia, neq;
ratione voluntatis, seu Patrem & mysterium
Trinitatis seu Me & mysterium incarnationis
& redemptionis; nam vera Dei notitia comple-
titur etiam cognitionem Filii Ioh. 17, 3. unde
Patrem non noverunt, qui Filium non noverunt. l.
Ioh. 2, 23, Ioh. 5, 23. Interim tamen non exclu-
ditur Spiritus Sanctus, Matth. 11, 26. Et
dicitur

771

discamus cognitione Dei nihil esse melius, quia
nihil gratius, habet August. 112. de tempore,
Et maximum malum in hominibus Dei igno-
ratio, ait Hermes Trismegistus lib. 6. tit. 5.
sic Et Cyprianus de idolorum vanitate. Ignoran-
tia Dei est omnia peccatorum origo Et causa
Bernh. serm. 37. Super Cantic.

21. Respectu patientium est præ-
nuntiatio v. 4 in quo positivè, summatim
causa; Sed hæc locutus sum vobis, Non tan-
cum quia passuri estis ista, sed quia cum ve-
nerit Paracletus, ille perhibebit de metestimo-
nium, ne ista timendo raseatis, habet August.
tract. 94. in Joh. nam in primo versiculo prio-
ris prædictionis finem Christus prædixerat, jam
alium subiungit, Et posterior est ratio prioris
ut ita particula ad inserviat transitioni ad
novum sententiae membrum, uti Matth. 11. 7.
Rom. 10. 18. Opponaturq; tristitia, qua audita
gravissimarum istarum persecutionum prædi-
ctione in animis discipulorum oriri poterat.

22. Et circumstantia: Ut cum vene-
rit hora illa. Vbi uerum per synecd. hora su-
mum pro tempore in Greco. Et cum addatur
articulus, ostenditur de illa hora intelligen-
tium de qua dixerat v. 2.

23. Si-

783

23. Sigillatim per causam finalem,
est prædictionis recordatio: Reminiscatni-
ni eorum, quæ ego dixerim vobis. Non illa
hac de causa dixi, ut vigor vestram mentis ener-
varetur, quo, antequam pericula veniant, for-
midetis; sed primum ut recordari hæc à me vo-
bis prædicta fuisse magis admiremini: Et in
ipso tempore periculorum certior ab eventu
rerum stabiliorq; in me fides efficiatur. Quo-
modo enim is futura non prædicat, qui futura
ut præsentia novit? ait Cyrillus lib. 10. c. 37.
Secundo, ut ventura periculi præmeditatione
molliantur, Et mens diutina magis cogitatione
formetur, habet idem Cyrillus l. 10. c. 37. Et
magnam Emphasim habet illud Ego, ait Beda
super huic locum. Ut discamus recordari
divinorum verborum.

24. Privativè per declaracionem :
Hæc autem vobis ab initio non dixi. Post-
quam scilicet vos in discipulorum meorum nu-
merum ascivi. quia nondum erat opus prædi-
cere: occurreretq; sic voluit Apostolorum cogi-
tationibus , quare iamdiu distulerit ejus rei
causam, dum pro temporis ratione ea fecerat
notæ pro captiu discipulorum, voluitq; infirmi-
tati parcere, dum nondum vocati ad Aposto-
latum. Dixerat illos quidem flagellandos esse;

Fff sed

384

Sed non è synagogis excludendos. Ut celebri-
tate Christi benignitas, quod imbecillitati par-
cere voluerit, docendi dexteritas rudioribz lac-
proponere, & fidelitas, quod non solum tristia,
sed etiam lata annunciarit.

25. Et ratio: quia vobiscum eram.
Dum adhuc corporaliter, visibiliter & famili-
aliter ipsis praesens, non necessarium erat talia
predicere, quia complementum adhuc aderat.
nunc autem quia discedit, aperte & perspicue
docet: donec enim Christus aderat, erat dux &
defensor Matth. 9,15. erat auxilio Matth. 8,20.
sufficiebat quippe eius praesentia ab omnienta-
tione ipsos eripere habet Cyrilus lib. 10. c. 38.
quod tamen etiam invisibiliter praesens post vi-
sibilem discessum facturus erat.



NOTE.

I.

CUM venerit Paracletus Spiritus
veritatis] Considera Spiritum San-
ctum esse Spiritum consolationis & verita-
tis; ut discas illos non habere Spiritum
Sanctum, qui non consolantur, qui non ve-
ritatem loquuntur.

II. Hzc

II.

HÆc locutus sum vobis,] Considera Christi sollicitudinem, qui monet de futuris persecutionibus; ut discas etiam tuos monere, ne à fide & sancta vita deficiant.

III.

Arbitretur sc obsequium præstare A DEO.] Considera Christum docere illos opinari tantum verum cultum, qui occidunt Christianos; ut discas occidi non occidere esse Christianorum.



C A S U S.

An excommunicatio sit Christiana?

Non videtur 1. Quia Christus improbat, dum innuit hoc fore hostium Christi Joh. 16, 2. nec ullibi mandata.

2. Potius homines invitandi, etiam impiissimi, ad Ecclesiam, quam exclusendi.

3. Jura civilia ignorant excommunicationem.

Fff 3 Contra

786

Contra. i. Christus inquit expressè
Matth. 18,15 si te non audierit esto ut pu-
blicanus i. Cor. 5,5. 1. Tim. 1,20. Satane
traditus.

2. C omnis Christianus c. seq. ii.
q 3. penult. x. de Content. excom.

3. Major est hominis à toto corpore
Ecclesiæ submissio c. audi q. 3. Minor est
quando excluditur quis à perceptione Sa-
cramentorum Joh. de Aprania in rubr.
de cleri. excom. n. 4. Clarus in pr.
Crim. § final. q. 77. in prin. Farinac. in
pr. Crim. l. 1. 13. q. 19. n. 38. unde & Evan-
gelici eadem utuntur Arumæus dis-
cuss. Acad. 30. c. 3. Concl. 38. Zogl.
§. Lands. concl. 1. n. 185. Ita tamen, ut nō
nisi verbum DEI seu gladius Spiritus ex-
erceatur Eph. 6,17. est medicinalis, nō mor-
talis c. i. in pr. de senten. excom. in 6. c.
nondum in fine 24. q. 3. Redcuntibus
cum sera pænitentia Ecclesia gremium
suum non claudit, sed indignationis sua a-
culeos removet I. liquet vers. sed quia c.
de sum. Trin. Arniseus lib. 1. de jure
Majiste. c. 6. n. 6. 2. in rebus fidei 3. est
mini-

ministratoria, non præatoria Gerhard. de
minist. n. 195. p. 314. Arctander de Ex-
com. Eccl. memb. 2. dicitur fieri cum
consensu Ecclesiae, uti fecit Paulus 1. Co-
rinth. 5, 3. Et Cyprianus scribit de Phi-
lumeno & Fortunato. Non potui me solus
judicem dare, cum multi de Clero absint
Et hæc singulorum tractanda sit. Et iman-
da plenius ratio, non tantum cum collegis,
sed Et cum plebe universa Epist. 28. circa
finem. Namque pertinet ad ministerium
quatenus dependet à potestate clavium c.
ult. de excess. prælat. ad seculares. quia
fori exterioris disciplinam requirit jurisdi-
ctionis licet non ordinis. Panor in c.
ab excommunicato n. 5. de Rescript.
Felin. in c. dilecto de Major & obe-
dient.

~~Ad contraria 1. Christus non probat
nec improbat, sed quod futura sit illis pre-
nuntiat, Et sine justa causa futuram deno-
tat, dum propter meum nomen addit.~~

~~Ad 2 sunt invitandi omnino ita
tamen, ut sint etiam puniendi quod Matt.
5, 25. 6, 6, 12 si nolint parere ex Matth. 18, 15.~~

Neg.

neg, enim probamus illam quando dolet
quispiam de delicto, simulq, confitetur, &
tamen vel minore vel majore excommu-
nicatione punitur: uti enim Deus recipit
peccatores, ita & nos debemus esse miseri-
cordes, nec excludere quempiam venien-
tem. Ita Christus recepit peccatores Matt.
9,2. Marc.2,5. Luc.5,20. Luc.7,48.

An Advocatorum & Procuratorum
officium sit vile?

ITa videtur 1. quia versantur circa hu-
mana & bona terrena.

2. Sunt mali Christiani JCTI secun-
dum proverbium Juristen sind böse Chris-
ten.

3. Iura nominant vile officium pro-
curatoris 1. i. Si quis procurat. 34. ibique
gl. Ang. Bart. C. de decurio & l. Curia-
lis 30. C. de locat. & cond. Gail. lib. 1.
obs. 43. n. 5. Tiraq. de nobilit. c. 30. n. 1.

4. Rex Britanniae Advocatos non
admittit Inst. Regia 2. Ferdinandus
Hispania noluit admittere in Indiam. Sic
l. quisquis § 5. C. de postulando.

Contra

Contra i. Spiritus Sanctus dicitur ad-
vocatus seu paracletus Joh. 16,7.

2. Etiam Jesus Christus i. Joh. 2,2 lib.

3. Advocati non minus militant pro
patria quam milites & alij i. Advoca C.
de advocatis diversi jud.

4. Nihil est, ait Cassiod l.i. Ep.12,
laudabilius advocationis officio si pure im-
pendatur.

Ad contraria i. Falsum, nam &
sunt advocati, qui circa res spirituales.
Unde dicitur Imperator advocatus Eccle-
siae. Et dantur Advocacia Ecclesiae We-
senbeccius Cons. 48. §. 14.

Ad 2. per accidens, quidam sunt, non
omnes, imo qui boni sunt jurisconsulti, pos-
sunt esse boni item Christiani, nam Juris-
prudentia est rerum divinarum & huma-
narum notitia l. ff. de L. L. Et plerumq;
illi JCTI sunt mali Christiani, qui non bo-
ni Juris consulti, quia sunt rabiæ, tintin-
nabula fori, & calumniatores, qui consci-
entias pervertunt, Doctorelli illi, qui liti-
giis linguam exercent, ut canina foro la-
tret facundia toto, moratores dicuntur

Cu.

790

Cujac. 4. obs. c. 40. Item Matcell. lib.
30. Tiraquel. de Nobilit. c. 29. Arum:
discuss. lib. 1. Dec. 9. p. 158. n. 24.

Ad 3. distinguendum inter procu-
ratores adjudicis & alia negotia, quod
interdum vilissimum ex illis. at ille de justi-
tia sollicitus in iudicio apud judicem, quae
omnia in honore & dignitate ex illis. Advo-
cat. C. de Advoca. l. 4. ibidem. quia 21
nunquam numeratur inter serviles personas
quando tales recensentur l. 3. C. de com-
mer. l. ne quis C. de dignita. Quidque ha-
bentur pro honorabilibus Francis. de Cal-
das in Comm. ad 1. si curatorem 3. c.
de integr. restitu in verbo laesis n. 101.
Hoc urgent alii, quod infamis possit esse ad-
vocatus §. fin ff. de except. hoc ex acci-
dente fuit, & in iure Canonicoprohibitum
c. infamis 1. & seq. 3. q. 2. Bronchorst.
cen. l. miscell. iuris cent. ass. 23. Har-
prech ad inst. § Procurator tom. 4. p.
p. 615. n. 151. & seqq. uti & l. quisquis c.
de postulando pluribus explanat.

Ad 4. Leges de rabiulis & legi, non do-
ctoribus, sed de tortoribus hæc sanxerunt.

28 (o) 80





Ad RESPONDENTEM.

Pagos lignorumq; strues, comburere gestis
Quando vel hereticos impia turba, parat.
Venerit a Patre, quē mittam, Paracletus, is ipse
Testis erit verax, Spiritus ille meus.
Talia predico vobis & in ante locutus.
Ne fors effensam pectora vestra ferant.
Ejicient vos e Synagogis insimul, ut vos
Vel necuisse, Deo posse placere putent.
Et quia non novere Patrē, neq; noscere tentant
Me, Vobis faciente talia, Christus ait.
Talia prædixi, tempus si venerit illud,
Quo memori maneant mente relata mea.
Principio vobis autem non talia dixi,
Vobiscum præsens tunc quia semper eram.
Nos etiam tanto servatos esse furori
Qui dixit, n̄e nos ipse juvare potest.
Hac repetit multis HOLDORFFIUS. Itaq;
pergit!
Sic vita lignum dat favor ipse Dei.
Christus q; ista refert summum probat inde fa-
vorem
Usq; suum, nobis talia quando refert.

Ita optat

GUEINZIUS.
PRÆSES.

Esse crucē lucē: quā luce p̄ aspera ad astrā
Certa frequensq; via est, pagina sacra
probat.

Esse crucē lucem repetens HOLTORFFIUS,
hisce

Publicat: hæc felix semita luce, duce.

JOHANNES Blumenthal
H. M.

Tristia discipulis prædicēs fata Magister
Ante Paracletum mittere velle refert.
Quo docti hanc metuant vel sanguine cælica
fuso

Dogmata testari, ceu quoq; facta probant.
Felix cui tantus gaudet Paracletus adesse
Eius sors mentem frangere nulla potest.
Hunc tibi concilias, HOLTORFFI, ascemate
sacro.

Pergito! sic Christi testis & ipse elues.

JOACHIMUS Bulsius H. M.

Flaminis his aurā Sacri divumq; favorē
Largitur Christ⁹ qui pia corda gerunt.
Hujus ut impulso nunquā de tramite recto
Flectere corp̄o sit dura palæstra crucis.
Illa tuis monstras, HOLTORFFI, tremas in.
Idem

Perge! favore D̄i quibus & usque frui.

Casparus Ernestius Nœvius.

H. S:

02 A 572
(1/2)

ULB Halle
003 808 483

3



VÖ 17

EV

CH R 15
H 33 C



